Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



242

orbe terrarum ad hereticorum signum quod quasi in montibus eleuatum est erigunt oculos suos et clangorem tube id est doctrine eorum audiunt hec iuxta hebraicum Ceterum secundum septuagintu plangunt ale hereticorum que instar nauium per mare huius seculi volunt et impetuosum superant ethnicorum quos nunc ethiopes scriptura agnominat et dicitur ad doctrinam eorum atque sermonem Ecce mittis in mare huius seculi libros obsides peruersitatis tue et epistolas ad decipiendos eos qui lectori sunt pergunt nunc leues ad gentem excelsam et peregrinum populum et pessimum Nullus eis ecclesiasticorum tantum habet studi in bono quantum heretici in malo et in eo se lucrum putant consequi si alios decipiant et ipsi perditi ceteros perdant Gens autem uocatur excelsa propter superbiam et peregrina et pessima quia aliena a deo et locre gens sine spe et consulenta cuius flumina in tota terra inuitantur habitationem ecclesie et inueniunt sibi hospitium et regionem in qua eleuent signum doctrine sue quasi scripturarum clangunt tuba Quia hec dicit dominus ad me Quiescam et considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est et sicut nubes roris in die messis Ante messem enim totus efflorauit et in matura perfectio germinauit et presidentur ramusculi eius filobus et que derelicta fuerint abscidentur exuruntur et relinquentur simul auibus montium et bestys terre et estate perpetua erunt super eum volucres et omnes beste terre super illum hyemabunt In tempore illo deferetur munus domino exercituum a populo diuulso et dilaceratio a populo horribili post quem non fuit alius a gente exspectata et conculcata cuius diripuerit flumina terram eius ad locum nominis domini exercituum montem syon Quiescat et contemplatur deus in loco suo sicut iuxta aquilam in firmamento id est in ecclesia de qua paulus apostolus loquitur Columna et firmamentum veritatis Contemplatur autem ea que fiunt in ecclesia et sicuti meridiana lux clara est ita uniuersa perlustrat iuxta illud quod in decimo octauo psalmo secundum anagogen de sole iustitie dicitur Nec est qui se abscondat a calore eius Et quomodo nubes roris in die messis et in feruenti estate gratissima est sic dominus habitatores sue ecclesie refrigerat quo presente cunctu floresciant et ante quam tempus consumationis adueniat quia nunc ex parte agnoscimus et ex parte prophetamus multi profecto peribunt de quibus apostolus loquitur Quotquot perfecti hoc sentiamus Ramusculi autem qui inutiles sunt filobus presidentur dicente in euangelio saluatore Ego sum uitis uera et pater meus agricola Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat Et que precisa fuerint relinquentur auibus montium et bestys terre au